



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 59. Colloquium in Polonia inter Pinczovienses, & spurios Reformatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

Sæcul. XVI.
A.C. 1565.

vari, quam propositionem assero esse scandalosam, erroneam, & hæreticam, & contrariam sacre Scripturæ, ubi Joannis cap. III. legitur, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Sicuti jam antea hæc propositio per censuram ejusdem Facultatis Matris meæ jure damnata est.

Eandem assertionem eodem anno, & mense retractabat Magister Guilielmus Senechal Parochus S. Severini in sua Ecclesia.

§. LIX.

Colloquium in Polonia inter Pinczovienses, & spurios Reformatores.

*Lubienieski
in hist. re-
form. Eccl.
Pol.
Sandius in
Bibl. Antitr.
hbi narratio
compendiosa
Andree
Wissouvatii
pag. 213.*

Cum tempus appropinquaret præstitutum, quo in Polonia Antitrinitarios, seu Pinczovienses inter, & ad ulterinos Reformatores colloquium celebraretur, Cardinalis Osius funesta hujus disputationis mala pertimescens Sigismundum Augustum adibat, ut hoc colloquium præpediri eidem persuaderet: equidem Proceres Catholici, qui his comitiis intererant, eandem cum hoc Cardinale sententiam fovebant, suamque ei operam ad impediendum hoc colloquium impendebant, verum Sigismundus facultatem, quam hæreticis jamjam dederat, revocare renuebat:

bat: unde hæc disputatio præfixa die Sæcul. XVI,
fuit celebrata. A.C. 1565.

Itaque Pinczoviensium nomine disputabant Gregorius Pauli, & Stanislaus Luboromiski, qui Ecclesiarum in Polonia minori Pastor, seu ut vocant, *superintendens*, Regique a secretis erat. Aderant quoque ibi ejusdem frater, Nicolaus Sieniciuski, Joannes Niemoivius, Cazanoviuski, Paraclisus, præter nonnullos alios: porro existimatorum Reformatorum partes sustinebant Sarnicius, Silvius, Lusius, pluresque magni inter eos nominis Theologi: præprimis autem utrinque fancitum, quod præ ceteris primi perorarent Pinczovienses, hosque prætensi Reformatores exciperent, atque pro illis Cassanovius, & pro istis Plusius nominabantur, qui hujus disputationis acta conscriberent: insuper ex utraque parte seligebantur Commissarii, qui huic conciliabulo juxta ordinis sui seriem præessent. Horum primus erat Joannes Firlayus Cracoviensis Palatinus, & supremus Coronæ Marecallus Calvinistis oppido addictus.

§. LX.

*Initium disputationi datum ab examine
Mysterii SS. Trinitatis.*

Joan-